

Francisci Hotomani.

Præterea nusquam legimus iuriandum in
 12 item in actione deterti. Videamus ergo ecquid
 hoc modo explicari hac posse dubitatio: si dicimus,
 tres huius actionis casus esse: aut enim ser-
 uus, pluris est, quam noxa, aut minoris, aut tanti.
 Si pluris est, nihil absurdum est dicere, iudicem prior-
 em actione posse ex aequo & bono arbitrari, atque
 estimari quanti sit noxa: & ubere reum illa ratio-
 ne actori satisfacere, qui si contumax sit, poter-
 it altera actione per iuriandum in item dam-
 nari. Hæc meo iudicio & cum huius actionis na-
 turæ, & cum imperatoris verbis satis contenta-
 nea sunt. Sin autem seruus minoris est quam no-
 xa, tum meo iudicio perspicua res est ex l. illud
 quoque 40. §. ad officium. D. de petit. hæred. & l.
 vlt. D. de interd. Index enim noxa seruum dede-
 re iubebit. Illeque ius iuris Arbitrii loco erit: non
 tam ut res ex aequo & bono estimata videatur,
 quod in Arbitrio fieri consuevit: quam legis xij.
 tab. benignitati obsecundatur. Quod si non dedat, inquit Paulus, quantum impulsa in tollendo
 opere erogatum est, tanti condemnari. si nega pa-
 tientiam præstet, neque ipse tollat cum posset: in
 tantum condemnat quantum iudex estimauerit
 atque si ipse fecisset. Sin vero par esse ratio vide-
 bitur noxa que serui, consequens est, ut eadem
 profligatur. Superest tamen illa dubita-
 tio, quod Caius in l. D. de nos. & Vlpian. in
 Litem veniunt, 20. §. idem recte. D. de petit. hæ-
 red. scribit, harum actionem vim ac potestatem
 hanc esse, vt si dimitti fuerimus, libeat nobis de
 ditione ipsius corporis quod deliquerit: cuitare
 13 litis ultimationem. Sed cum ex superioribus
 perspicue conliter, interdum iussum iudicis inter-
 venire, cui si reus pararet absolviatur neque id neg-
 ari possit, considerandum est an Caius de us iudi-
 ciis loquatur, quibus iudex prima actione ob i-
 manifesta reum damnauit: exitimam frustra teni-
 pus in alteram actionem eum consumptum iri, cum ni-
 hilominus reo licet ante definituam sententiam,
 quam ante, noxa dedere, præsertim cum vbi ad
 iudicari actionem veniunt erit, non amplius de-
 dere licet. d. l. item veniunt. De petit. hæred. led
 hoc disputatio tantum ad eum casum pertinebit
 quo pluris est seruus quam noxa. In contrario
 iustus commodissime sententiam antecederet.

Tam in re quam in personam. Seq. iiij. arbit-
 14 traria. Actiones tam in rem quam in personam
 inveniuntur. l. qui restituere, 66. D. de rei vindic.
 Quia in re differentia inter has & bona fidei ac-
 tiones apparet, quarum nullæ nisi in personam,
 reperiuntur.

Vetus Publiciana Serviana. Seq. iiiij. Publi-
 ciana, Seruiana, & quasi Seruiana arbitraria ac-
 tiones sint. Nam quod ad primam attinet, Vlpianus in l. sed eti, 7. §. 4. D. de public. sic scribit,
 in publiciana actione omnia eadem erunt, quæ & in re iudicatione diximus. Atqui rei vindica-
 tionem esse arbitrariam patet ex l. qui restituere,
 68. D. de rei vindic. Cum autem indefinite loqua-
 tur, non dubitabimus de veraque Publiciana hoc
 dictum existimare: ut in variisque formulae hæc
 clausula interponatur, N E Q V E A R B I-
 T R I O Iudicis rem restituat. De Seruiana vero
 testimonium extat in l. si iudicatur, 15. §. in vindica-
 tione, D. de pignorib. Vbi Marciatus ait, in vin-
 dicatione pignoris si possessor rem restituat, ab-
 solendum esse. Et si vero dolo desiderit posse.

re, tanti condemnationum, quanti actor in item
 iurauerit.

Vetus quibus de eo agitur. Seq. v. Actiones quod
 metus causa, & de dolo malo in arbitrariam nu-
 mero sunt. l. item l. 14. §. 4. D. quod met. caus. Vbi Vlpianus sic scribit: Hæc autem actio cum
 arbitraria sit, habet reus licentia utique ad senten-
 tiam ab Arbitro datam restitutio rei facere
 quod si non fecerit, iure meritoque quadruplici
 condemnationem patietur. Quo in in loco iudi-
 cem huius actionis perspicue Arbitrium appelle-
 lat. Itaque aliquando post ex edicti verbis hanc
 clausulam commemorat quam in iudicis formu-
 la interponi solitam appetat: N E Q V E E A
 res arbitrio iudicis restitutor. De doli vero a-
 ctione testimonium extat in l. Arbitrio, 18. D. de
 16 dolo malo. Vbi Paulus ita scribit, Arbitrio iudiciis
 in hac quoque actione restitutio compre-
 henditur: & nisi fiat restitutio, lequitur con-
 demnatio quanti ea res est. Ideo autem & hic &
 in metus causa actione certa, quantitas non addi-
 citur, ut posset per contumaciam iurantem reus
 damnari, quanti actor in item iurauerit. Formu-
 la igitur huius actionis hæc erit: S I P A T E
 R E T Antonium dolo malo fallis ponderibus
 vnum esse, quo Maxius fraudaretur, neque arbi-
 trio iudicis Maxiu satisfaciat, tum quanti Max-
 ius in item iurauerit, tanti damnetur.

Quod vero loco promissum. Seq. vij. Actio de eo
 17. quod certo loco, in arbitrariam numero cen-
 seatur. l. 2. 3. 4. & pass. D. de eo quod certi loc. Vbi
 frequentissime hæc actio arbitraria nominatur,
 sed alia quadam ratione, quam superiores. Nam
 in illis arbitrariis aliud eile documentis, aliud senten-
 tiam: hic vero vnam tantum sententiam pro-
 nunciari videmus, quæ ipsa etiam Arbitrium ap-
 pellatur Caius in l. 3. D. cod. Ideo, inquit, in arbit-
 riis iudicis refertur hæc actio, quia scimus
 quam varia sint precia rerum per singulas ciu-
 tates regionesque maxime vni, olei, frumenti, si
 alibi quam Caput perat, Arbitriaria debet agere:
 vt lis tanu estimetur quanti actoris interferuerit
 eam summam Caput potius quam alibi solui:
 Quibus ex verbis perspicue intelligitur hanc ac-
 tionem idcirco arbitrariam appellari, quod cer-
 ta quidem summa in eius formula nominatur, sed
 tamen arbitrio prudenterque iudicis permittitur,
 ut tanti liti astmet, quantu equius & melius illi
 fore videbitur. Quam secundam arbitrariam ac-
 tionem speciem esse, superius dicebamus: à su-
 periore hoc discrepantem, quod in illa duabus quo-
 dam modo sententia pronuntiantur: in hac, vna:
 in illa, in item iuratur: hic, non iuratur. quo-
 niam tum dum iuria in item iuratur, cum contu-
 macia, eaque dolosa & fraudulenta coercenda
 est. l. 2. & pass. D. de in lit. iur. hic autem dolos omnibus
 non nullus arguitur. Formula igitur hæc erit, S I
 P A T E R E T Nigidium stipulanti Numerio
 spopondisse centum tritici modios Caput da-
 turum, neque is actori satisficiat, tum quanti ea
 res hoc loco ex bono & aequo videbitur, tanti
 damnetur. Addendum enim esse illam clausulam
 N E Q V E A. Actori satisficiat, animaduertit ex
 l. 4. cod. Vbi Vlpianus sic scribit, Interdum iudex
 qui ex hac actione cognoscit, cum sit arbitraria,
 absoluere reum debet, cautione ab eo ex acta de
 pecunia ibi solueda, vbi promissa est: quid enim
 ibi vel oblata pecunia actori dicantur, vel de-
 posita,